

si vel dicatur CHRISTUM ut cordis scrutatorem cap II, 25. ad maiorem fidem in ipso accendendam, statim ad ejus animi concepta nondum proleta respondere voluisse, vel Evangel: studio brevitatis ipsam Nicodemi interrogationem responsioni CHRISTI inclusisse, ut Job. I, 19. 20.

VIII. *'Αὐλὺς* ex Hebræo ιων, in hiph: credidit propter singularem emphasis in reliquis linguis retinetur, sed præter alias significations, rei confirmationem dicit. Confer: Matth. XVI, 28. cum Luc. IX, 27. Item Luc. IV, 24. cum 25. Simulque hujus vocis geminatio soli CHRISTO respondentii adscribenda. Contra Maldon: in b. l. Jansen. in Concord. Evang: c. 20. quæ juxta Hebræos iterata, Gen. XXV, 30. Prov. XX, 14. Superlativum & sic intensionem rei infert.

IX. *'Ανθετος*, teste Chrysost. & ipsa Scriptura, duplice significatione abundat, quam, cum una alteram includat, propter in utramque partem prævalentes rationes, cum Chemnitio in harm: Evang: cap. 28. quoad rem conjungendam dicimus, interim hoc loco amplectimur magis illam, qua per è supernis exprimitur propter vocis Etymon, & communem cum in aliis Matth. XXVII, 51. Marc. XV, 38. Jacob. I, 17. cap. III, 15. 17. tūm præsertim in hoc Evangelista acceptiōnem v. 31. cap XIX, 11. & 22. aliorum locorum collationem, v. 5. & 6. Job. I, 13. Jacob. I, 18. ipsius quæstionis & responsionis convenientiam, quæ v. 13. explicatur: hinc subsequitur statim, idēn τὴν βασιλείαν, quod non de cognitione, ut Job. XIV, 17. sed consecutione intelligendum ex v. 5. sicut Psal. XVI, 10. Job. VIII, 51. per βασιλείαν Cyprianus & Beza Ecclesiam Tertull: Sanctitatem nos autem gloriam & vitam æternam ex v. 13. & 15. intelligimus.

X. Particula πῶς non est multūm credentium sed terrena sapientium, dicunt Chrysost. & Cyrill. hinc Nicodemus hæc de carnali generatione intelligens, ut ejus impossibilitatem evincat, omissa reliqua ætate adducit senilem, γέρων ων, qui sit senex melius, quam vulgata & Eras: cum sit senex, & sic rationes irregenitæ naturam in rebus spiritualibus exprimit, quod non tantum nihil possit, v. 8. I. Cor. II, 14. II. Cor. II, 5. verūm etiam contradictiones sibi & quidem in adjecto quod dicitur, fingat. Contra Pontif: Gregor: de Valent. in Analyse fidei Catbol: l. 1. c. 12. Bellar. l. 2. de Justif. c. 12. Id. l. 3. de Euchar. c. 13. Calvin: